

Conuocatus ih̄c duodecim discipulis suis. dedit illis potesta-  
tem spirituum immundorū. ut eicerent eos. et curarent  
omnē languorem. & omnem infirmitatē. Duodecim autē  
apostolorū nomina. sunt haec. Primus symon qui dicitur  
p̄terus. et andreas fr̄ eius. iacobus zebedei. et iohannes fr̄  
eius. philippus & bartholomeus. thomas et matheus pub-  
licanus. et iacobus alphaei. & matheus. Symon chanane-  
us. & iudas scariothes. qui tradidit eum. Hos duodecim  
misit ih̄c. precipiens eis & dicens. In uiam gentium ne  
abieritis. et in ciuitates samaritanorū ne intraueritis.

**I**sed potius ite ad oues que perierunt domus isrl̄. Euntēs  
autē p̄dicare dicentes. quia appropinquabit regnū celorū.  
**IN NATALICIS APLORV. S. IOHANN.**  
**IN ILLO TEMPOR.** Dixit ih̄c discipulis suis. Ego sum  
uitis uera. et pater meus agricola ē. Omnē palmitem in me  
non ferentē fructum. tollet eum. Et omnem qui fert  
fructum purgabit eum. ut fructum plus afferat. Iam uos  
mundi estis. propter sermonē quem locutus sum uobis. Ma-  
nēt in me. & ego in uobis. Sicut palmes n̄ potest ferre  
fructum a semetipso nisi manserit in uitae. sic nec uos.  
nisi in me manseritis. Ego sum uitis. et uos palmites. Qui  
manēt in me. et ego in eo. hic fert fructū multū. q̄a sine  
me nihil potestis facere. Siquis in me n̄ manserit. mit-  
tetur foras sicut palmes et ardeat. Et colligent eū. et in  
ignē mittent. et ardet. Si manseritis in me et uerba mea  
in uobis manserint. quodeūq; uolueritis p̄teritis. et fiet uob.

92v